

2/17

SOPHOCLIS  
TRACHINIARUM

CARMINA LYRICA

LATINE REDDITA

CUM

ANNALIBUS SCHOLASTICIS

EDIDIT

AD

NICOLAITANORUM RECITATIONES

DIE XXI. M. JUL. A. MDCCCLXVI.

HORA IX. MAT. AUDIENDAS

SOLENNITER INVITANS

ET DE RECTORIS STATIONE DECEDENS

CAROLUS FRIDERICUS AUGUSTUS NOBBE,

PHILOS. D. ET UNIV. PROFESSOR EO. OO. SAX. REG. ALBERT. ET MERIT. EQUES.




LIPSIAE,

IMPR. ACKERMANN ET GLASER.

1866

LEIP  
5 (1866)



## PROOEMIUM.

Discedenti mihi jam a negotiosissimo rectoris munere, ut primae classis Nicolaitanis, quibuscum Sophoclis Trachinias postremo legeram, aliquod studiorum communium vegetaeque adhuc aetatis meae monumentum relinquerem, hujus tragoediae carmina chori lyrica pro instituto meo versibus Latinis iisdemque metris reddere visum est. Larga est autem materiae tragicae copia in hac fabula, qua poeta Dejaniram sollicitam de diu absente marito ejusque incerta sorte moerentem desiderio fidi amoris et doloribus lacrimisque diffluentem inducit. Non desunt autem dominae virginum popularium solatia et communium querellarum levamina, quibus magna carminum lyricorum continetur vis. Ac multiplex est etiam ipsius Herculis vicissitudinum commemoratio fatalium, quas, antequam Oechaliam proficiscitur, praesentens testamentum uxori relinquit. In his est augurium de ipsius reditu post menses duodecim exspectando, in his illud servitium, quod Omphalae venundatus praestitit, in his oraculum ipsi aliquando moriendum esse a mortuo. Denique fatale est ferre Nessi unguentum, quo Dejanira tamquam fascino freta se sibi Herculis amorem reconciliare posse confidit, nec opinatur, quam pestifera sit in eo vis, priusquam illitum eodem vestimentum Herculi misit. Omnium autem maxime fatalis est amor Dejanirae in Herculem, Herculis in Jolen in morte desponsatam Hyllo filio, hujus in patrem matri tandem letalis. Magna est igitur animi inter spemque metumque suspensi nunc relevandi, nunc jacentis erigendi et altius efferendi copia, in qua carminibus lyricis explicanda atque amplificanda chorus Sophocleus versatur. Mea igitur qualiscumque opera, quae in Graeci poetae sententiis numeris modisque imitandis acquiescit, ut lectoribus elegantioribus haud displiceat, id est quod in votis habeo.

---

Argumentum Vs. 1—93.

Scena est in Trachinis oppido sita, personae sunt: Dejanira, Herculis uxor, ejus serva, Hyllus filius, nuntius, Lichas Herculis servus, Nutrix, Senex, Hercules Trachiniarum chorus (XV) virginum. Primo Dejanira animi sollicitudinem de tardato Herculis reditu aperit. Deinde servae consilio Hyllum mittit, qui cognoscat, ubi sit quandoque rediturus Hercules.

CHORUS.

Vv. 94—193. Ὅν αἰόλα ῥύξ cet.

Stropha A.

- 94 Quem lucida nox cito praeteriens  
95 Solem parit sopitque toro rutilum,  
Flagito, flagito, Sol, hoc  
Tu mihi narres, Alc-  
menes suboles ubi sit.  
Tandem mihi dic, fulguribus nitidis  
100 Flagrans, marisne angustis  
Orisne in ambabus cubet,  
Dic, qui potes nil non videre.

Antistropha A.

- Volente enim mente ego comperio,  
Desideratam Dejaniram ita, uti  
105 Lusciniam miserandam,  
Non tenere umquam sui de-  
siderii lacrimas.  
Verum peregrinante viro viduis  
Solam toris tabescere  
110 Moerore confectam et metu  
Pressam futurorum malorum.

Stropha B.

Sicuti saepe agitante  
Vel noto, vel borea quis

- Aequorei maris undas  
115 Ire venire videt,  
Sic versat et Cadmigenam  
Et evehit saepe labor  
Varius, ut aestus pelagi  
Creticus; usque sed deus  
120 Haud temere periclitantem  
Procul arcet Orco.

Antistropa B.

- Hinc reverens reprehendo  
Te; nihilo minus obsto:  
Namque decere nego te  
125 Ponere mente bonam  
Spem. Nec Deus cuncta regens  
Dolore pectus voluit  
Hominibus immune dare;  
Sed mala per vicem omnibus  
130 Et bona transeunt, ut ur-  
sae varii meatus.

Epodus.

- Manet nec ulli cita  
Nox viro; sed nec ulla sors, nec  
Vis opum, sed it repente;  
135 At brevi revertitur  
Et luctus et voluptas.  
Et haec velim, regina, te tenere spe  
In sempiternum. Quis, obsecro, scit  
139 Jovem suis minus favere?

Adn. V. 116 *τρέπει* Dindorf. *τρέφει* vulgo.

Adn. V. 122 *αἰδοῖα* Dindorf., *ἡδεῖα* vulgo.

Argumentum Vv. 140—203.

Deinceps Dejanira inde a V. 140 queritur de sorte mulieris inter-  
diu noctuque curis sollicitudinibusque domi fatigari solitae, laborum  
tum maxime aerumnis Herculis diu absentis silentio anxiae, praeser-  
tim quum ille ipse discedens praeter consuetudinem conjugem testa-  
mento heredem instituisset. Tunc ipsum supervenit nuntius Licham ab  
Hercule relegatum brevi adfore narrans, sed retineri jam a caterva ho-  
minum de domino novi aliquid audire volentium.

CHORUS.

Vv. 204—223. Ἀπολλολύξαιε cet.

- 204 Agite, carmina hilario  
Sono domi canite,  
Brevi futurae cum virûm choro nurus,  
Antistiti gravi pharetra  
Coruscanti Apollini.  
Sonate paeana, paeana  
210 Canite vos, virgines,  
Sonate, io, sororiam  
Artemin Ortygiam  
Agere lepores celerem,  
Rusticasque Nymphas.  
215 Te tollo, tibia, o meae  
Mentis potens, nec audeo reponere.  
Me sic hedera turbat,  
Euoe, cito rapitque Bacchicam  
Ad aemulationem  
220 Jo, io paean,  
Mulier, en, tibi, quod os  
Desideras diu, jam  
223 Datur videre coram.

Argumentum Vv. 224—496.

Sic ubi chorus cecinit brevi futurum Herculis reditum praesagiens, repente adest Dejanirae servus, Lichae adventum legati ab Hercule nuntians. Tandem supervenit diu in Trachinis vicinia a vulgo audiendi cupido tardatus cum captivis, a domino in Oechaliae obsidione captis. In his quum esset etiam Jole facie formaque praesignis ac Dejanirae in se verteret oculos luctum et miseriam prae se ferens ejus illa misere-scens quae sit percontatur. Virgo suae sibi condicionis conscia et in tristi ejus contemplatione defixa nihil respondet. Tandem, arguente nuntio, Lichas dominae de vera captivae Herculisque necessitudine con-fitetur omnia et sua se reverentia in matremfamilias excusat. Haec autem tantum religioni tribuit, ut sortis suae rationem non minus, quam Herculis erga Jolen amorem, Oechaliae Euryti et cognatorum calamita-tem quum ad fatum Jovisque arbitrium et ad Amoris invictam majesta-tem referat. Idcirco chorus apte hoc loco laudibus Amoris de Veneris imperio cantilenam hujuscemodi adjunxit:

CHORUS.

Vv. 497—527.

Stropha:

- 497 Venus usque decus sibi grande parat victoriae.  
Transeo deos,  
Neque dico ego qua ratione fefellerit Jovem,  
500 Neque qua Stygium Oreum,  
Quare Neptunum, intima qui quatit orbis.  
Sed tamen hanc sociam qui  
Prius ancipites petiere sibi viri?  
Qui sordidata sanguine  
505 Praemia proeliorum?

Antistropha:

- Fuit unus in his fluvii duo habens cornua vis,  
Forma tauri,  
Achelous ab Oeniadis? subiit Thebis novus  
Tendere tela laborans,  
510 Et vibrans hastam et baculum Jove natus.  
Ambo procique feruntur  
Simul in medium capiuntque toros; medi-  
o sola Cypris in toro  
Praesidium gerebat.

Epodus:

- 515 Confusus erat manusque et capitis  
Tauri missiliumque strepitus;  
En, circumplicatis  
Pedibus ictibus perniciosiis  
Se petiere gementes.  
510 Haec bellis oculis  
Prospectans sedebat  
Littore suum manens maritum.  
[Egoque, quae mater olim, loquor;  
Captiva desiderante vultu  
525 Futura prospicit;]  
Sola matre sua procul meat ceu  
Orba juvenca.

Adn. ad Vs. 508. Achelous fluvius (olim Thoas dictus, nunc Aspro), qui tauri specie Deianiram inter procos ambiisse in fabulis fertur, de Pindo Thessaliae monte per Dolopum fines labens, Acarnaniae et Aetoliae conterminus, e regione Ithacae in mare Jonium influit juxta Oeniadas, Acarnaniae extremae urbem.

**Argumentum** Vv. 528—629.

Dejanira se olim Acheloo monstroso proco suo Herculem ex animo amatum praetulisse recordans, etiam si Amorem magni faciat, Herculi-que facile conniveat, tamen se cum ejus concubina una sub eodem tecto posse vivere negat. Se vero, quae diu mariti absentis domum custodierit fidemque datam praestiterit, meliore se gratia dignam esse arbitratur. Itaque quum jam in mentem redeat laticis amatorii a moriente Nesso Centauro accepti, Dejanira hoc nunc uti constituit, quo se posse languentem Herculis amorem resuscitare confidit.

**CHORUS.**

Vv. 630—659.

Stropha A.

- 630 Qui littoris saxosa  
Balnea atque montium  
Oetae juga summa tenetis occupantes  
Maliacum sinum  
Et virginis innuptae oram,  
635 Quo vis Amphictyonum  
Coit Pylas vocata.

Antistropha A.

- Heus, septiformis, puto, mox  
Tibia haud graves modos  
Numerosque ciens aderit studens Camenam  
640 Vincere divinam.  
Nam filius Alcmenae et Jovis  
Virtutis praemia habens  
Properat huc revertens.

Stropha B.

- Medio pelago ferebatur,  
645 Duo perque decem manebit ille

Adn. Vs. 631. Balnea Sophocles, qui Thermopylas intelligit, h. l. θερμά i. e. thermas et v. 636. Πυλάτιδας ἀγοράς dicit i. e. comitia Amphictyonum Pylaea.

Vs. 633. Μηλίδα λίμνην Soph. Maliacum sinum Lat.



Menses; itineris at retulit nil.  
Haec domi sedebat et dolebat,  
Perdolebat in dies,  
Peribat uxor usque flens.

650 Ecce, Mars oestro pulsus  
Desinit premere malis diem.

Antistropa B.

Veniat, veniat, nec usquam stet  
Ratis ingeminantibus acta remis,  
Dum civitatem adierit istam,

655 Insulae focus sacris relictis,  
In quibus Jovi litat.  
Revertat hinc isto die

Unguento suadelaē

659 Unctus, sicuti fera praedixit.

Adn. Vs. 655. Euboeam, ubi Jovi sacrificasse dicitur Vid. Schol. h. l.

Vs. 659. Fera int. Nessus Centaurus. Is enim in Eueno fluvio, per quem Dejaniram, Herculis fugientis conjugem ferens tentaverat, a marito transfixus esse et moriens Dejanirae in vasculo venenum dedisse dicitur (cf. Apollodor. Bibl. II, 7, 5) quo pro philtro aliquando uteretur ad redintegrandam mariti fidem amoremque reconciliandum.

#### Argumentum Vv. 660—817.

Dejanira, diu frustra expectato Herculis reditu, vereri incipit, ne insit in Nessi latice, quo vestem tinctam marito misit, pernicioosa vis, quae nocitura sit conjugi. Mox certior fit ab Hyllo filio, qui vestem incensam esse narrat illo Centauri spiritu, quo misere discruciatu pater pereat, matremque execrans abigit.

#### CHORUS.

Vv. 817—859.

Stropha A.

818 En, o puellae, quam venit usu cito  
Divinitus edita nobis

820 Providentiae dei vox!  
Ea sonuerat, ubi subeunte postimo  
Mense duodecima sata virescerent, Jovis  
Progeniem laboribus vacare.  
Haec rata brevi fient.

825 Quisquis etenim haud porro  
Videat, operene fungi adhuc  
Queat defunctus?

Antistropa A.

Centauri enim si mortifera nebula  
Hujus latera ars subdola tingit  
830 Allito levi veneno,  
Quod ita pepererat in obitu celer draco;  
Quomodo viderit is et alium integer diem?  
Scilicet horribili prodigio

Inditus et infandis  
835 Torminibus tortus  
Memoribus aculeis nocen-  
tium dolorum.

Adn. Vs. 828. Nessum Sophocles dicit Centaurum; de quo supra dictum est.

Stropha B.

Hinc haec infelix  
Grave jam videt absque mora prope abesse malum sibi  
840 Novum connubium,  
Neque sentit eadem animo id ab hospite  
Non absque fraude sibi consilium dari,  
Ac jam temere ingemit  
Aut ex oculis fundit  
845 Magnam lacrimarum vim.  
Haec sors veniens  
Insidias, perniciem  
Indicat ingentem.

Antistropa B.

Prorumpunt cum vi  
850 Lacrimae, capit omnia morbus, hei, hei! neque tristius  
Ullo umquam tempore  
Malum ab hostibus abierat ad Herculem.  
O luctuosa, vulnifica lancea,  
Quae celeriter nympham  
855 Cuspide subegisti  
Celsa Oechalia abductam.  
Haec non dubia

859 Muta Venus famula  
Causa fuit leti.

*Chori virgo I.*

860 Egone fallor, an per aedes audio  
Jam jam querelas hoc coortas tempore?  
Quid ajo?

*Virgo II.*

Vox intus haud obscura perdite sonat,  
Novumque nostrum luget infortunium.

*Virgo III.*

865 Videsne?  
Quam praeter usum vultuosa femina  
Grandaeva nobis nuntium ferens venit.

*Nutrix.*

O quot malorum causa, virgines, fuit  
Ad Herculem quod missum erat munusculum.

*Virgo IV.*

870 Grandaeva nutrix, quid novi vis dicere?

*Nutrix.*

Ivit viarum Dejanira postimam,  
Quam quis potest hominum ire, at immoto pede.

*Virgo V.*

At non tamen defuncta?

*Nutrix.*

inaudisti omnia.

*Virgo VI.*

Num mortua est regina?

*Nutrix.*

Dicam denuo?

*Virgo VII.*

875 O triste fatum! quo modo scis mortuam?

*Nutrix.*

Atrox sibi vim fecit.

*Virgo VIII.*

hei, dic, femina,

Quo tacta fato?

- Sese necavit ipsa.  
*Nutrix.*  
*Virgo IX.*  
num ira concita?  
*Virgo IX.*  
An aegra morbo?  
*Virgo X.*  
Sene acuti cuspidē  
880 Teli peremit?  
*Virgo XI.*  
quo necem super necem  
Sola manu valuit  
Mulier facere?  
*Nutrix.*  
Gladii gravis plaga  
Tremenda.  
*Virgo XII.*  
Habesne co-  
gnitam insolentiam?  
*Nutrix.*  
885 Ego prope astans ipsa testis videram.  
*Virgo XIII.*  
Quis et quid fuit? dic!  
*Nutrix.*  
Haec illa fecit ipsa propria manu.  
*Virgo XIV.*  
Quid hoc ista?  
*Nutrix.*  
sane.  
*Virgo XIV.*  
Puerula peperit, peperit.  
890 Fervida vicens juventa  
Gravem domo huic Erinnyū.  
*Nutrix.*  
Nimis; magisque, si videres proxima,  
Quid ageret ista, tu, puto, miseresceres.  
*Virgo XV.*  
Haec perpetrare sustinebat femina?

Adn. 854. Nympham int. Jolen, quam Oechalia capta et Euryto interfecto Hercules captivam deduci Trachinem jussit. cf. Apollodor. l. l.

**Argumentum** Vv. 895—942.

Dejanira, ut nutrix refert, de se desperans lamentansque se marito orbatam a filioque desertam in toro connubiali se gladio transfigit. Jam Hyllus quid fecerit intelligens se accusat culpae in matrem commissae et geminam orbitatem suam luget.

**CHORUS.**

Vv. 943—1032.

*Chorus.*

*Stropha A.*

- 943 Utra potius igitur gemam,  
Utra prius, utra diutius,  
945 Difficile est mihi dictu.

*Antistropha A.*

- Alia video domi meae,  
Alia metuoque speroque,  
Et fore et esse commune est.  
Sic advolet excita  
950 Domum mihi secunda flamine aura,  
Meque ferat domesticis procul locis,  
Ne Jovis inclytum timens  
Natum videam solum  
Mortis ipsius die;  
955 Quum morbis sit in insanabilibus  
Exire foras, at ajunt,  
Cis fidemque jusque.

*Antistropha B.*

- Ergo prope, nec procul  
Flebam, velut querens acuta aëdon?  
960 Is hospitem nec usitatus est gradus,  
Quaque ferens eam? quasi meat,  
Curans studiose amicum,  
Cum silentio venit  
Hei, fertur is absque ullo sonitu;  
965 Quid? ille mortuus est, an  
Dormiens putandus?

Proodus.

*Hyllus.*

Hei, mihi per te!  
Pater, hei mihi per te misero!  
Quid ego patiar? quid agam? eheu!

*Senex.*

970 Sile, puer, ne committas,  
Pater ut doleat, furiisque ferox;  
Nam prociduus vivit; teneas  
Labium!

*Hyllus.*

Vivitne, senex? dic!

Systema A.

*Senex.*

Ne detentum somno cieas,  
975 Neve noves aut saevum moveas,  
Sodes, morbum grassantem.

*Hyllus.*

In me miserum  
Mens magno pondere fertur.

*Mesodos.*

*Hercules.*

O Dis!

980 Ubi terrarum, inter quos homines  
Immensis fractus cruciatibus  
Jaceo? vae, vae, vae mihi misero!  
Refricat me dolor improbus? hei!

Antisystema B.

*Senex.*

985 Tunc vides, cui fuerit lucro  
Siluisse nec amovisse oculis  
Et capite levem requietem?

*Hyllus.*

Non

Habeo, qui mihi  
Moderer spectans hocce malum.

*Hercules.*

*Stropha.*

O Cenaea crepido arae,  
990 Quales in me misero, pro quibus  
Sacris grates retulisti, Dis!  
Quantum mihi das prebrum, quantum!  
Quod ego numquam debebam oculis  
Vidisse meis et quam saevum  
995 Ego sensi rabiei stimulum!  
Quis enim cantu medicave manu  
Ignominiae flammam poterit  
Absque Jove umquam restinguere!  
Mirabile semper fuerit.

*Stropha A.*

1000 Ah, ah,  
Sinite me, sinite infelicem me,  
Sinite postremo requiescere

*Stropha B.*

Quid me tangis? quo flectis?  
Perii, perii.  
1005 Quae resident, mala suscitas  
Prendit me, vae, vae! jam jam redit, unde redit vis,  
Perfida vos cuncti gens estis perfida Graeci  
Passus multa mari, et perpurgans sordida quaeque  
O quoties perii! nunc hac ubi peste laboro,  
1010 Nunc in me nemo vult ensem vertere et ignem?

*Antistropha A.*

Hei, hei!

Nec resecat caput ac me liberat  
Invisa vita? vae, vae!

*Mesodos.*

*Senex.*

Hoc tu nate viro, major labor iste videtur,  
1015 Quam cui sufficiam; tu suscipe, nam tibi vis est  
Integra, qua possis magis me servare.

*Hyllus.*

Ego tango;

At mihi non per me dabitur sedare dolorem.  
Aut aliunde; ipsum servare unus poterit Dis.

Stropha C.

*Hercules.*

Fili, tum et ubi es?

1020 Hac me quaeso suscipe, quo leves  
hei, hei! io Dive!

Antistropha B.

Insultat rursus nos vis dira,  
Perimens nos

Male facilis ista vis mala.

1025 O Pallas, cruciat me rursus, io fili —  
O miserans patris, praefiscine suscipe telum,  
Me jugula crimenque pia, mihi quo tua mater  
Saeva mihi bilem movit, quam sic volo perdi,  
Sicuti me demens disperdidit; o bone Pluto;

1030 O cognate Jovis,  
Me releva, releva nece praepete  
Sorteque libera.

Vv. 1035—1092. „πολλὰ δὴ καὶ θεομά κ. λ.“

a Cicerone ipso Latine redditi Tusc. II, 8. cf. Orell. in Cic. Clav.  
s. v. Accius et s. v. Sophocles.

*Hercules*

(*trimetri*)

1035 O multa dictu gravia, perpersu aspera,  
Quae corpore exanclavi atque animo pertuli!  
Nec mihi Junonis terror implacabilis,  
Nec tantum invexit tristis Eurystheus mali,  
Quantum una vecors Oenei partu edita.  
1040 Haec me irretivit veste furiali inscium,  
Quae lateri inhaerens morsu lacerat viscera,  
Urgensque graviter pulmonum haurit spiritus,  
Jam decolorem sanguinem omnem exsorbuit.  
Sic corpus clade horribili absumptum extabuit,  
Ipse illigatus peste interimor textili.  
Hos non hostilis dextra, non Terra edita  
Moles Gigantum, non biformato impetu



- Centaurus, ictus corpori infixit meo;  
Non Graja vis, non barbara ulla immanitas,  
Non saeva terris gens relegata ultimis,  
Quas peragrans, undique omnem hic feritatem expuli;  
Sed feminea vir; feminea interimor manu.
- 1053 O nate vere (hoc nomen usurpa!) patre  
Ne me occidente matris superet caritas.  
Huc accipe ad me manibus abstractam piis.  
Jam cernam, mene an illam potiore m putes.  
Perge, aude, nate, illacrima patris pestibus:
- 1060 Miserere! Gentes nostras flebunt miserias.  
Heu! virginalem me ore ploratum edere,  
Quem vidit nemo ulli ingemiscntem malo!  
Sic seminata virtus afflicta occidit.
- 1065 Accede, nate, assiste, miserandum adspice  
Eviscerati corpus laceratum patris!  
Videte, cuncti, tuque caelestum sator,  
Jace, obsecro, in me vim coruscant fulminis!
- 1072 Nunc, nunc dolorum anxiferi torquent vertices:  
Nunc serpit ardor. O ante victrices manus.
- 1080 O pectora, o terga, o lacertorum tori!  
Vestronc pressu quondam Nemeaeus leo  
Frendens efflavit graviter extremum halitum?
- 1084 Haec dextra Lernam taetram, mactata excetra,  
1087 Erymanthiam haec vastificam abjecit belluam.  
Haec e Tartarea tenebrica abstractum plaga  
Tricipitem eduxit Hydra generatum canem;  
Haec interemit tortu multiplicabili
- 1090 Draconem, auriferam obtutu observantem arborem,  
Multa alia victrix nostra lustravit manus.
- 1092 Nec quisquam e nostris spolia cepit laudibus.

Adn. Inde a versu 1051. Cicero non Sophocleo, sed mutato ordine versus secutus est eorumque sententias paullo liberiore dispositione comprehensos adumbravit potius, quam fideliter reddidit.

**Argumentum.** Vss. 1032—1248.

Hercules furens, qui se a Dejanira ejusque malis artibus discruciar suspicatur, ei medullitus irascitur. Hyllus, qui jam matris nece voluntaria distortus ad patrem venit, vix hoc ab eo impetrat, ut excu-

santi matrem sibi aures praebeat. Ubi vero pater e filio audit laticem, quo mater mariti sui sibi reconciliandi caussa usa sit, eam a Nesso moriente accepisse, ille recordans oraculi, sibi aliquando a mortuo mortem illatum iri, moriendi necessitatem dolenter persentiscit. Ab Hyllo igitur jurato petit, ut iste cum suis ipsum in Oetam montem perferat, rogoque incenso concremet Jolenque suo loco in matrimonium ducat, nec antea petere desistit, quam se ille petita facessiturum sponderit.

FINIS TRAGOEDIAE.

Vv. 1249—1268.

*Hercules.*

1250 Agedum, mens dura, priusquam jam  
Moveas morbum, frena chalybe et  
Lapide inductis solida recipe,  
Neque vociferare; atque juvabit  
Tacitum superasse labores.

*Hyllus.*

1255 Tollite magnamque mihi, comites,  
Horum date vos, quaeso, veniam.  
Namque deum magnam saevitiam  
Nostis in his, quae nunc peraguntur;  
Ac genitores quique parentes  
Appellantur, mala conspiciunt.  
1260 Nemo futura potest praenosceret;  
Quae sunt, nobis miseranda puto,  
Turpia patribus,  
Graviora virorum sunt nulli,  
Quam noxam perpetienti.  
1265\* Noli, virgo, procul esse domo,  
Quae tot nova funera vidisti  
Totque novasque simul poenarum.  
Nihil horum fecit nisi Dis.

Adn. Quattuor versus ultimi, Hermanno censente, Hyllo Herculis filio tribuuntur; cf. Herm. Comment. ad h. l. Scholiastes aut Hyllo, aut choro illos accenseri refert. Triclinius eosdem choro adjudicat. At si chorus loqueretur, non posset Jolen, quae abest, exhortari.

# Jahresbericht des Nicolaigymnasiums zu Leipzig.

## Ausführung des Lehrplanes.

- I) des Jahresurses von Ostern 1865 bis Ostern 1866.
- II) des Semestralurses bis zu den Sommerferien 21. Juli 1866.

Anm. Diese römischen Ziffern I und II werden durch den hier folgenden Bericht der Kürze wegen in der Bedeutung dieser Cursustheile stehen.

### Classe I.

A. Religion. a) I) Christl. Sittenlehre nach Dictaten. Glaubenslehre. Bibl. und symbolische Einleitung. Lehre von Gott und seinen Werken. II) von Christi Person und Werken und der christl. Kirche nach Dictaten. 2 St. — b) Bibellection aus dem Griech. N. T. I) Apostelgeschichte und II) gewählte Stellen des Römerbriefs. 1 St. Dr. Naumann.

B. Sprachen. 1) Deutsche. a) Litteraturgeschichte I) bis zum 16. Jahrh. II) bis zur Mitte des 18. Jahrh. b) Stilübungen I) und II) aller 5 Wochen eine Arbeit. 1 St. Dr. Naumann. 2) Hebräische erste Hebräische Classe aus Ober- und Mittelprimanern bestehend: I) 18 Psalmen und 14 Capp. der Genesis und II) 20 Psalmen. 2 St. Dr. Naumann. Zweite Hebr. Classe, aus Unterprimanern und Obersecundanern bestehend I) *Nomina* und *Verba*; Genesis; II) Genesis cap. 18. Lehre vom Nomen mit schriftlichen Uebungen nach Seffer. 2 St. Dr. Kautsch. 3) Lateinische: a) *Livius* I) *XXI*, 1 — *XXII*, 10. — II) *XXII*, 10—28. 2 St. Coll. V. — b) *Cicero*. I) *Brut. capp.* 10. II) *de Or.* I, 1—20. 2 St. c) *Horat.* I) *Odd. IV* und *Epodd.* 1—5. 2 St. II) *Epodd.* 6—17. 1 St. Viele wurden memorirt. Rector. d) schriftliche Uebungen I und II wöchentlich 1 Pensum oder Extemp. abwechselnd mit Disput. und Correctur freier Arbeiten. 3 St. Rector. 4) Griechische: a) I) *Platonis Laches* und *Protagoras*. II) *Demosth. Philipp. I.* 2 St. Prof. Lipsius. b) I) *Sophoclis Philoctetes*. 3 St. II) *Soph. Trachiniae*. 4 bis 5 St. c) Griech. Syntaxis wechselnd mit schriftlichen Uebungen bes. Extemporalien. 1 St. Rector. 5) Französische: I) *Horace p. Corneille* und *Les protégés sans le savoir p. Scribe. La reine de seizeans p. Bayard* übers. und französ. erklärt, wechselnd mit schriftlichen Uebungen und Conversation. II) *Art. poétique p. Boileau*. 2 St. Dr. Fiebig. 6) Englische Grammatik und Uebungen. 2 St. Dr. Fiebig.

C. Wissenschaften. 1) Mathematik. I) Gleichungen des zweiten u. höhern Grades; Körperberechnung und Trigonometrie. II) Analytische Geometrie und erste Sätze der Kegelschnitte. 4 St. Dr. Lehmann. 2) Geschichte. I) Von der Entdeckung Amerika's bis 1618. — II) Dreissigjähriger Krieg und Englische Revolution. 2 St. Prof. Lipsius. 3) Physik. I) Electricitätslehre. Von den allgemeinen Eigenschaften, der Statik und ein Theil der Dynamik der festen Körper. — II) Letzter Theil der Dynamik fester Körper. 2 St. D. Lehmann. 4) Philos. Propädeutik. I) Fundamentalphilos. Geschichte der Philos. bis auf Sokrates. II) Sokrates und die hervorragendsten Schulen nach ihm. 1 St. Rector.

D. Kunstfertigkeiten. 1) Gesang 1 St. Gesanglehrer Höpner oder seit Ostern 1866 nach Errichtung eines Chors Chorgesang. 1 St. 2) Turnübung unter Leitung des Dir. D. Lion. Einstellung des Turnens nach Einräumung des Turnhauses zu einem Kriegslazareth am 6. Juli 1866.

E. Die Recitationen und Privatstudien der Prima, so wie die poetischen Certationsarbeiten der beiden obern Classen leitete der Rector.

### Classe II.

A. Religion. a) I) Geschichte der christl. Kirche von Karl dem Gr. bis zur Reformation — christl. Sittenlehre nach Dictaten. 2 St. II) Allg. Einleitung in die heil. Schrift und in das A. T. Pentateuch bis zu den BB. Samuels. 2 St. D. Naumann. b) Bibellection. Griech. N. T. I) Stellen aus Matthäus und Johannes. II) Apostelgesch. 1—7. D. Naumann.

B. Sprachen. 1) Deutsche: I) Lehre von den Tropen und Figuren. Nibelungenlied mit gramm. Einleitung. II) Nibelungenlied. I. u. II. Correctur der Aufsätze und Uebungen im freien Vortrage. 2 St. Prof. Lipsius. 2) Hebräische: Zweite Hebr. Classe (vgl. Classe I) und dritte Hebr. Classe (Mittel- und Untersecundaner) I. und II. Elementargrammatik mit regelmässigem Verbum, nebst häufigen Leseübungen. 2 St. D. Hempel. 3) Lateinische: a) Extemporalien I) und II). 1 St. D. Jacobitz. — Correctur der Specimina, Aufgaben und Versübungen. 2 St. I) *Cic. or. p. Sulla* und *Roscio Am.* 4 St. *Terent. Andr.* im Sommer. *Vergil. Aen. II* und *III.* 2 St. — II) *Sallust. Cat.* 6 St. Prof. Lipsius. 4) Griechische: a) I) *Plutarchi Aristides* — *Herodot. VIII*, 40—96. 3 St. II) *Lysias c. Agorat.* 3 St. Prof. Lipsius. — b) I) *Homer. Il. X. XI* u. *XII.* — II) *XIII*, 1—600. 2 St. D. Jacobitz. c) Grammatik I) über die *modi.* II) Participia u. Negationen I) u. II) nebst Correctur der Specimina. 1 St. Prof. Lipsius. 5) Französische: I) *Britannicus p. Racine. Le Bourgeois du Sardam p. elesville.* Uebersetzt und französ. erklärt, Conversation und schriftl. Compositionsübungen. II) *Phèdre p. Racine.* 2 St. D. Fiebig. 6) Englische Sprache Secundaner mit Primanern (s. Prima).

C. Wissenschaften. 1) Mathematik: I) Logarithmen und stereometrische Lehrsätze, Gleichungen mit einer oder mehrern Unbekannten ersten Grades und Repetition des Planimetrischen Cursus. II) Logarithmen, 1. Theil, stereometrische Sätze. 4 St. 2) Physik:

I) Electricitätslehre, allgemeine Eigenschaften und Statik der festen Körper. II) Letzter Theil der Dynamik fester Körper. 2 St. D. Lehmann. 3) Geschichte: I) des Mittelalters von der Gründung des fränkischen Reichs bis zu Ende der Kreuzzüge. II) Deutsche Geschichte der 4. Periode des Mittelalters. 2 St. D. Dohmke.

D. Kunstfertigkeiten. Gesang mit Classe I (s. Cl. I). Turnen mit allen Classen (s. Cl. I).

E. Leitung der Privatstudien durch den Classenlehrer Prof. Lipsius.

### Classe III.

A. Religion. a) I) Lehre von der christl. Kirche und den Heilsquellen. Die christl. Feste. II) Christl. Glaubens- und Sittenlehre. Bibelsprüche memorirt. 2 St. — b) Bibellection. I) Stellen aus Johannes. II) Abschnitte aus den Evangelien. 1 St. D. Naumann.

B. Sprachen. 1) Deutsche: a) I) II) Stilübungen, aller 10—12 Tage eine Arbeit. b) Erklärung klassischer Gedichte aus Echtermeyer. c) Recitation memorirter Gedichte. 2 St. D. Naumann. 2) Lateinische: a) I) *Cicer. Cato mai. c. 1—17* im S.; 18 bis Ende und *orat. pro Deiotaro*. Davon wurde der grösste Theil memorirt. II) *Cic. orr. in Catil. I* und *II, 1—5*. 4 St. D. Jacobitz. Wöchentliche Specimina, Extemporalia und grammatische Uebungen. b) Prosodische Uebungen I) und II) 1 St. D. Fiebig. c) I) *Ovid. Met. XIII, 399—622. 732—897. 917—963. XV, 622—879. I, 1—451. 748—779. II, 1—407*. Das meiste memorirt. *Ovid. Met. III, 1—117. 513—733. IV, 85—566. 416—602*. 2 St. D. Dohmke. — 3) Griechisch: a) *Xenoph. Anab. II, 1—5* im S.; *II, 6—III, 2* im W. bis Ostern 1866; nach Ostern *III, 2—4*. 2 St. Lehre vom Artikel, den *Pronomin.* und den *Cas.*, verbunden mit schriftlichen und mündlichen Uebungen, Speciminibus und Wiederholungen aus der Formenlehre. 2 St. D. Jacobitz. b) *Homer. Od. XII, 232—XIX, 248*. Abschnitte memorirt. Seit Ostern 1866 *XIX, fin.* 2 St. D. Hultgren. — 4) Französische: a) *Bé-lisaire p. Marmontel I) II—IX. II) X*. b) Syntactische Regeln und schriftliche Uebungen. 2 St. D. Fiebig.

